

Luxuria
dormis, casti-
tas vigilat.

43.
Plalm. 44.

Hebræ.

D.Epiph.

Virgo plena
oculis.

custodia noctis D.Gregor.Papa lib.10.Moral.
cap. 3. & 4. *Nocturnus*, inquit, *timores sunt in-*
fida tentationum oculis, *enim vero super femur*
est custodia vigilans carnis illecebram premen-
Ubi est lectulus ad dormitionem, luxuria do-
minatur, ubi est districtus ensis cum noctis vigi-
lia, est castitas, & puritas ad amputandas carnis
concupiscentias.

Paritas, & castitas multâ vigiliâ, ac custo-
diâ circumsepta est. Plalm. 44. n. 15. dicitur. *Alti-*
tu Regina a dextris tuis in vestitu deaurato cir-
cumamicta varietatibus. Alii legunt *scutulis*
ex Hebræo etiam legitur *ocellans*, id est, cum
multis oculis. Unde eleganter de Maria excu-
bante ad ostium tabernaculi, ait D.Epiphanius,
Virgo plurimorum nominum, & multocula effecta
est. Verè multocula, quæ instar Argi mille
apertis oculis sibi, suæque puritati invigilat
ad illius custodiam. Cum esset virgo non uno
oculo, sed multiplici, erat tota in vigilia.

QUESTIO VII.

Quare huic Episcopo dicitur? Confirma-
cetera, que moritura erant? Quod
multis expositionibus explicatur.

44.

S. Maxim.

Cassiod.

Matt. 26.

Una vox ex-
citans mul-
tâ efficax.

45.

D. Greg.

Andr. Cæf.

Incuria, ac somnolentiâ Episcopi, multi fi-
deles in peccatum mortale prolapsi erant;
hic admonetur, ut confirmet eos in fide, ac
charitate, confirmetque eos exemplo vitæ suæ;
nam vita Superioris doctrina est inferiorum,
pro quo multum facit S. Maximus hom. 9.
multumque valet vigilantia Episcopi ad nutaria
corda confirmanda, Oculi Pastoris pinguedo
gregis ut ait Cassiodorus 2. Varr. multumque
valet vox Episcopi docendo, admonendo, ac
exhortando, ut suos ad viam salutis advocet.
Ait Christus D. Petro; *In hac nocte antequam*
gallus cantet, ter me negabis. Matth. 26. n. 34.
Nonne sat erat dicere Petro; in hac nocte ter
me negabis, cur pro signo negationis ejus, da-
tur gallus cantans? Una vox multam vim ha-
bet ad excitandum, ac provocandum, & vox
galli cantantis Petrum excitabat, ac vocabat,
ut suum negationis peccatum agnosceret, &
resipiscens de illo poenitentiam ageret. Unde
subditur in text. ibi n. 65. *Et recordatus est Pe-*
trus verbi Jesu, quod dixerat, priusquam gal-
lus cantet, ter me negabis; & egressus foras
flevit amare. Si tam efficax est una vox irra-
tionalis, qualis erit vox rationalis Prælati
excitantis, & provocantis?

Et dicitur in textu, *confirma cetera, que*
moritura erant; quid intelligitur per cetera,
an opera; vel fideles, seu subditi Episcopi;
magna est dubitatio. D. Gregor 3. p. Pastoralis
admonit. 35. Andreas Cæsariensis, & alii in-
telligunt bona opera, quæ inchoata erant, ut
non omitteret, sed prosequeretur usque ad
eorum consummationem, aliâ ipsa totaliter
moritura, & extinguenda erant; sic ait D.
Gregor. citat. *Quia ergo plena coram Deo ejus*
opera inventa non fuerant, moritura reliqua etiâ
que erant gesta, prædicabat; si enim quod mortuum
est in nobis, ad vitam non accenditur, hoc etiam
extinguitur, quod quasi adhuc vivum teneatur.

Secundò, D. Ambrosius. Moritura, ai, sunt opera,
etiam optima, nisi per charitatem, vivificata, &
confirmata fuerint. Tertiò, Rupertus, d. notari
videtur ait quod in isto Episcopo, licet aliqua
essent mortua, non tamen omnia, sed aliqua
vivebant, licet languide ut pastoralis cura præ-
dicatio verbi Dei, administratio Sacramento-
rum, & etiam erga illum vivebat reverentia, &
obedientia subditorum; hæc etiam moritura
erat, & ab eo auferenda, si ipse de suis negli-
gentiis poenitentiam non ageret.

Quartò, Haymo bis sic explicat. Primò, con-
firma cetera, que moritura erant, id est si vis
vivere, cave ne tuorum operum laudem, ab
hominibus requiras. Secundò si vis ut bona
opera in peccato facta vivant, fac poeniten-
tiam: per hanc opera in peccato facta, vivi-
ficantur. Hæc sententia est falsa. Illa enim ope-
ra in peccato facta non sunt moritura, sed
mortua, & per poenitentiam non vivificantur.

Quintò, Primasius, Beda, Lyranus, Cornelius
à Lapide exstimant illud *confirma cetera mori-*
tura, non referri ad opera, sed ad gregem, seu
subditos huius Episcopi; & ponitur in genere
neutro, tum quia respicitur ad Græcum, in quo
oves neutro genere ponuntur, tum quia Scri-
ptura genere neutro universitatem significare
solet tam universitatem personarum, quam re-
rum; quod, scilicet cet. multi subditi obtuâ dormi-
tionem, & incuriâ spiritualiter sunt morituri.

Sextò, & genuinè ad litteram, exlimo, quod
illud *confirma cetera*, tam ad personam Episco-
pi, seu ejus opera, quam ad subditos referri, nam
ut patet ex discursu Epistolæ, exhortatur à Do-
mino Episcopus; nam, cum iste Sardicensis
esset mortuus, admonetur à Domino, non tam
pro suis subditis, sed etiam pro se ipso, non tã
pro operibus suorum, sed etiam pro suis; & ad
hoc tendit id quod dicitur ver. 3. *Si non vigi-*
laveris, veniam ad te tanquam fui. Quæ solent
dici à Domino, ut mortis tempore nos para-
tos, & in sua gratia vivos inveniat. Ergo
Episcopus, non minus pro se indigebat vigilan-
tiâ, & confirmatione, quam pro suis ovis,
pro quarum vigilia exhortatur cum ei dicitur,
Habeo pauca nomina in Sardis, qui non inqui-
naverunt vestimenta sua; Ergo pro se; & pro
suis exhortatur, cum ei dicitur, *Esto vigilans,*
& confirma cetera, que moritura erant.

Nota tamen, quod non dicitur, confirma
quæ moritura sunt, sed *que moritura erant*, ut
denotetur se sperare, & plane confidere, epis-
copum hæc tanta Christi admonitione, se cor-
recturum facturumque, ut non moriatur, quæ
aliâs moritura erant.

Nota secundò, quod prius dicitur esto vigi-
lans, deinde confirmatus; nam ex vigilantia pastotis
sequitur confirmatio, corroboratio populi in
virtute. Deinde, *Esto vigilans, & confirma*, quia
ex vigilia, id est animæ propriæ sollicitudine &
cura bonorum operum Prælatorum, pendet
recta vivendi subditorum institutio, sapienter
dixit Cassiod. 3. var. 12. *Publici decoris mater est*
mens regentis, & quale fuerit dominantis arbi-
trium, tale parit libertatis aspectus, facilius quippe
est, (si dicere fas est) errare naturam, quam dissi-
milem sui Principis possit formare rempublicam.

Ait Job. 29. n. 7. *Quando procedebam ad portâ*
civitatis, & in platea parabam cathedram mihi.
Septuaginta legunt, *cum exibat matutinus in*
civitate,

Vigilia
Principis lex
subditorum.
Olymp. od.

53.
Luc. 22.

Composita
vita Prin-
cipis ad si-
milia subdi-
torum trahit.

S. Leo.

54.

Exod. 16.
Domini
exemplum
na observat-
ionem in
ducit subdi-
tis.

Theod.

civitate. Cur non meridiano tempore, sed valde
matutino erat ad portas civitatis? Ut suos do-
ceret, bene sciebat ipse, quod in uno Principe
toto cernitur delineata effigies, & forma civita-
tis; volebat ipse suos sic instruere, ut minime
somnia indulgerent, sed ut multam vigiliam
præstarent ad observationem legis Dei, & quales
volebat cives talem se ipsum efformabat ta-
lemque sui speciem dabat Olymp. ait. *Tanquam*
princeps quidem, ac magister ceteris ad virtutem,
sic nec somno, nec ebrietatibus indulgebat, sed cha-
ritate commotus de mane in plateis residebat, ta-
quam lex, atque effigies civitatis propolitus. Per-
pende illud *tanquam lex atque effigies civitatis*.
Vigilia principis, lex erat subditis ad vigilandû.

Ait Dominus Petro Luc. 22. n. 31. *Si ana ex-*
petivit vos, ut cribraretis sicut trititum. Ego autem
rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Omnes
discipuli dicuntur peti à Satana, tamen pro uno
solo Petro Dominus assensit se rogare. Et cur si
omnes petuntur à Satana, non pro omnibus,
sed pro solo Petro rogat? Erat Petrus omnium
caput, & Princeps proindeque quidquid virtutis
in illo lucretur facile ceteri recipere; in
Principis enim vita composita, sufficienter pro-
videtur subditorum moribus ut inveniantur in
virtutibus constantes. S. Leo serm. 2. de S. Pe-
tro, *Quoniam, ait, Diabolus omnes exagitat, om-*
nes cupiebat elidere, & tamen specialis à Domino
Petri suscipitur cura; & pro fide Petri proprie
supplicatur, tanquam aliorum status certior su-
turus, si mens Principis viciata non fuerit.

Cum Deus populo suo manna largiretur, sex
diebus pluebat illud, septima autem die, nec
parva mica manna cadebat sic refertur in text.
Exod. 16. n. 26. *Die autem septimæ, sabbatum est*
Domini, idcirco non invenitur. Et quare die sab-
bati ordinavit Dominus, manna non mittere?
Præceperat ipse sabbati requiem, cujus obser-
vationem in se ostendens, abstinebat die illa à
magna pluvia, ut à Domini documentum popu-
lus instrueretur in observatione Dominicæ le-
gis. Theodoret. ibi q. 32. *Cum hominibus lege*
præcepisset quiescere die sabbati, docuit illos ipse
falso servare præceptum.

QUESTIO VIII.

Quare opera huius Episcopi dicuntur
non plena coram Deo, & unde va-
ria in veniebantur, alie expenditur?

Ait Christus D. huic Episcopo, *Non in-*
venio opera tua plena coram Deo meo; &
ab hoc secundo incipio, & ait quod non sunt
plena coram Deo, nam licet videantur plena
coram hominibus; non sic coram Deo qui in-
tueretur cor; ut ita nos doceat, quomodo hu-
mana judicia sunt contemnenda, nec in illis fi-
dendum; nam qui probus erat coram homini-
bus, non sic coram Deo. Et non ait coram me,
cum ipse cum Patre unus sit Deus. D. Thomas.
Loquitur Christus, sicut quod homo. Joan. 10.
Deum meum, & Deum vestrum, dicit autem etiam
propter magnam subjectionem, & altissimam di-
lectionem. Loquitur Christus ut homo & ideo
dicit Patrem Deum suum, & emphaticè dicit
Sylveira in Apocalypsim. Tom. I.

meum, quod enim cum intimius agnoscebat, eò
intimius ac submissius reverebatur, ac serven-
tius diligebat. Deinde etiam ut timeat homo,
cum Deum habet judicem, quem nulla huma-
na præsumptio fallit.

Cur autem opera huius Episcopi non dicun-
tur plena, id est non erant perfecta, sed erat ille
veluti arbor florida sed infructuosa; pietatis
referebat speciem, fructus tamen & opera non
habebat; quod multis modis explicatur.

Primò, Ambrosius ait: opera illius non erant
plena, sed inania; quia non replebantur chari-
tate. Richard. de S. Victore. *In eo, quod dicit,*
ait, non invenio opera tua plena, patenter cum re-
darguit de charitate omissa, ubi enim charitas est
plenitudo legis est. Secundò, Haymo, Ioachim.
Opera ejus licet in se bona, non erant plena. Quia
non bona intentione ab eo fiebant, sed ex ap-
petitu inanis laudis, & gloriæ. Sic ait Albert.
Magn. *Confirma cetera que moritura erant, quasi*
dicit, si vis vivere in bonis que facis, fac ea in-
tenitione bona; non enim invenio opera tua plena,
scilicet recta intentione, opera enim hypocritarum
sunt vana; quia faciunt omnia pro inani gloria.

Tertiò, Beda, non plena, quia Prælati non
satis esse bonum sibi, sed oportet ut bonus
sit aliis, ut eos instruat, & perficiat. Quartò
Cassiodorus. *Non erant plena; quia tepida, &*
remissa, & quæ sic fiunt, non sunt plena, sed
vacua coram Domino. Quintò, non plena, ali-
qui si. explicant, quia non ad omnes, etiam
inimicos juxta ex gentiam charitatis, hæc ejus
opera se extendunt, sed tantum ad amicos co-
ardebantur.

Sextò, Andreas Cæsariensis. Quia non erat
constans & perseverans in bono agendo, dicitur
huic Episcopo. *Confirma cetera, que moritura*
erant. Et dicitur quod ejus opera non essent
plena, cur moritura, & non plena, quia licet ali-
qua bona opera ab eo essent incepta, tamen
cum non essent perfecta, ac consummata, in
mortem ac perditionem ibant. Sic hunc locum
explicat Petr. Damian. opus. 13. quod est de
perfectiōe Monach. c. 1. *Quia enim plena co-*
ram Deo ejus opera non invenerat, moritura erant
illa que bene gesta fuerant, peribebat. Perdis
quippe, quod egeras, qui quod faciendum est, non
consummas; quid enim proderit, si in utero ma-
terno formari corpus incipiat, & tamen ad na-
turalis incrementi plenitudinem non peringat.

Septimò, Rupertus existimat, quod crimen
huius Episcopi erat peccatum carnis, multum
se deliciis ingurgitantis, idèò emphaticè dicitur
quod ejus opera non erant plena, quod enim
quis plenior est deliciis, eò magis vacuus, &
inanius est bonis operibus; quod optime ex-
pendit. D. Bernard. explanans illud Plalm. 13. n. 4.
Qui non accepit in vanum animam suam, sic ait: Plalm.
Quomodo non frustra accepit bono animum, qui
tanquam unam ex irrationalibus animalibus, cor-
poris voluptatibus, solum sequitur carnis ap-
petitum? En vacuus est in anima, qui se cor-
poreis voluptatibus ingurgitat.

Octavò, Maxime genuine opera istius Epi-
scopi non erant plena, sed vacua tam per respec-
tum ad personam ipsius Episcopi, quam per
respectum ad subditos; & ita consequenter ad
ea quæ dixi superiori quæst. non erant plena
opera illius, quia carebat charitate, quæ est
legis plenitudo, erat enim Episcopus mortuus.

Opera Episcopi non erant plena respectu eius personae, quam gregis.

2. Timot. 4.

Cornel. 2.

62.

2. Reg. 14.

2. Reg. 18.

Plenus vanitas est, & vacuus est ab obligatione sui muneris.

Sydon.

sine charitate Dei, & proximi. Deinde hic Episcopus non operabatur recta intentione, erat hypocrita, proindeque opera illius speciosa exteriùs, & vento gloriae tumida, sed intus vacua pietate, spuriu, & merito. Tandem opera eius non erant pauca; quia dimitans in gregis cura non vgilabat, nec confortabat moritura, ut dixi superiori quaest. & ita non explebat ea quae erant sui muneris, & officii ut praecipit Paul. Tim. cap. 4. n. 5. Ministerium tuum imple, quia ut bene ait Beda, Praeterea non satis est esse bonum sibi, sed oportet, ut sit bonus aliis. Ita Cornelius, & alii recentiores.

Opera Episcopi non erant plena coram Deo; quia cum ipse esset plenus vanitate ac ostentatione, vacuus erat cura populi, ac obligationis sui muneris. Dicitur 2. Reg. 14. n. 25. *Horre sicut Absalon vir non erat pulcher in omni Israel, & decoris nimis: & quando condebat capillum (semel autem in anno condebat, quia gravabat eum capillus) ponderabat capillos capitis sui ducentis scellis.* Absalon elegantia studiosus non tam ens quam peccatis memorem comam nutrit, quam sub novacula acie videre timeret, nisi quando iam eius aureum pondus sustinere non valet, tanta plethitudine Princeps elatus paternum regnum praecipitat, & ingenti armatus exercitu regni diadema patris internecione sperat, sed ecce dum certamen initur, dum furit, c. 18. n. 9. *Accidit ut occurreret Absalon servus David sceleris malo; cumque ingressus fuisset mulier subter condensam quercum, & magnam adhaesit caput eius quercui.* Valde mirum, quod tale potuit contingere strenuo Duci in praelio, existit nri? Nonne in bellum armatus intravit? armatus intravit, ubi galea, quae caput operiret, ne sineret vagari capillos: Equidem elegantiae studium, comaeque cura galeam expuit, ne intorti crines tenerentur, ex quo accidit, quod comis ille ligatus periret; dum vanitati studet, proprii officii oblitus est; & cum vanitate, ac iactantia capillorum esset plenus, galea, ac debito officio vacuus inventus est. Hinc Sydonius Appollin. in Panegyrico Anthemi pulchre accinebat.

Iam ut ad plestra veni vinctus cui casside crinis, Ad diadema venit, virilum cui Caesaris astrum Deposito thorace datur: sceptroque replenda Mitrane est vacua manus.

Caput plenum erat vanitate capillorum, & inde vacuatum diademate, manus plena pecunia data ex auro, & inde vacuata sceptro.

QUESTIO IX

Quare cum iste Episcopus esset mortuus, & opera eius non essent plena coram Deo, tamen defectus eius expressè non aperitur?

63. Quaestio difficilis.

Legimus, quod iste Episcopus esset mortuus, & quod caetera eius mortua, & quod opera illius non essent plena coram Deo: & inde ei dicitur, vers. 3. *Poenitentiam age,* quae omnia indicant peccatum mortale in ipso Episcopo; tamen expressè & clarè non dicitur, in quo peccaverit, qualeve fuisset eius peccatum, sed hoc in latebris, & ad plurimum in conjecturis habetur.

Respondet Rupert. *Rectè ut debuit filius Dei, ideo non publica descriptione declaravit nomen operis mortificantis: cuius occulta est, quam oportet consilio regi.* Urget ratio, expostulat bonum commune, ut Episcopus admoneretur de suis delictis: tamen sic exponit meus Jesus, ut quantum fieri potest reus lateat, & peccatum in individuo non publicetur, hoc est divinum ingenium non quantum fas est, tegere aliorum errata.

Multum in tegendo Judam laboravit Jesus. Proditor expicit Matth. 26. n. 11. *Unus vestrum me tradidit.* Non tamen modum traditionis explicat quod vili, scilicet, pretio vendendus esset. Deinde proditorem regit silentio. Querunt reliqui Apostoli n. 22. *Nunquid ego sum Domine?* Querit & Judas n. 25. *Nunquid ego sum Rabbi?* Impudens homo omnino proditor est, & ipse se esse proditorem bene agnoscit. Quomodo audet querere, nunquid ego sum Rabbi? & si Magister respondeat. Tu es ipse proditor, teque nomine tuo publicetur. Hoc Judas non timet, ut rectè probat Euth. Interrogat, & ipse confidens de praeporis benignitate, quod palam non coarguerit. Certò sciebat Judas Christi ingenium de peccato domestico tacere, & reum parente nomine suo non evulgare, & inde de Domini benignitate confusus interrogat, *Nunquid ego sum Rabbi?*

Cum in hortu comprehenderetur meus Jesus, *Adolescens quidam sequebatur enim amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum.* At ille relictâ sindone nudus profugit ab eis: ut narrat D. Marc. 14. n. 51. 52. Quisnam esset iste juvenis varia sunt Auctorum placita, ut retuli tom. 5. in Evang. lib. 8. c. 3. q. 27. n. 218. Sed cur Evangelista tanto silentio huius adolescentis nomen taceat, cur illud non exprimit? Dicitur erat turpem juvenis fugam, quod nudus dimissa sindone abiit, inde piè, ac amicè nomen ejus tacet. D. Gregor. Nazanz. orat. 25. *Si quis, ait, relictâ sindone profugerit, eum contemnit.* Ac proinde cum Evangelista dicitur esset crimen, soluit quantum potuit illius errata contemere. Vide supra hoc cap. 4. n. 25. 26. 27.

Ap. 3. n. 3. In mente habe qualiter acceperis, & audieris, & serva, & poenitentiam age: si ergo non vigeris, veniam ad te tanquam fur, & nescies quâ horâ veniam ad te.

VERSIONES.

Arias. Memento ergo quomodo acceperis.

Arabicus. Memeto qualia acceperis, & qualia audieris, & cave tibi, quod si non expergiscaris, & vigiles.

Tygrinus. Considera, & serva, & respice &c. ut nescias quâ hora.

Syriacus. Et si igitur non evigilaveris, veniam contra te, sicut fur, & non scies quâ hora veniam contra te.

EXPO-

D. August.

EXPOSITIO III.

67.

In mente ergo habe, qualiter acceperis, exemplo nempe Apostolorum, quale est tuum munus Episcopale, illiusque exercitium, ac ministerium; & audieris, verboque acceperis à Joanne, aliisque tuis praepositoribus; & serva, & sicut accepisti, & audisti documenta opere adimple; & poenitentiam age, & de praeteritis poenitere, ut tibi tua delicta remittantur ob tuam incuriam, & negligentiam, ob quam opera tua inventa sunt vacua, & non plena coram Deo. Si ergo non evigilaveris, tanto somno tuo, ut de praeteritis poeniteas, & modò ac deinceps debito suo muneri satisfacias, veniam ad te tanquam fur. Comparatio est quantum ad modum ex improviso, & non expectato tempore, veniam ad te spoliandum, ad perdendum; ergo cum nescias quâ hora Dominus tanquam fur venturus est, oportet te semper esse in vigilia.

QUESTIO X.

Quare huic Episcopo Sardicensi quatuor mandantur, quod habeat in mente quid acceperit, audierit, & servet, & agat poenitentiam?

68.

Ille vero poenitet, qui suum munus adimplet, & sibi dicta exequitur.

Pannon.

In praesenti admonitione quatuor mandantur huic Episcopo. Primò, ut mente, ac memoria retineat, qualiter rem acceperit, scilicet obligationem in suo munere Episcopali exemplo Apostolorum. Secundò, quid audierit ex voce, ac verbo suorum magistrorum. Tertio, quid observando debeat facere, & opere adimplendo executioni mandare. Quarto, quod de ceteris superioris vitae, ac de sua hypocriti poeniteat, ac poenitentiam agat: Ecce forma vera poenitentiae; quando quis obligationem sui muneris adimplet, & quando quod ei est dictum Evangelico ore observat, tunc verum habet, modum respicientem, tunc verà poenitentiam exequitur, & ostendit; non enim verè poenitet ille, qui obligationem sui muneris non adimplet, nec sibi dicta exequitur. Pannon. *Habes, hic, ait, vera respicientia depictam, velut in tabella formam, ut primum verbum Dei, sanctum intuentis praecordiis auscultetur, aut legatur, & in vero ejus sensu non nihil capiendò nonnihil laboris impendatur; nec verò interim sunt contemnenda, & sanctorum exempla, qui formam integritatis praegressere, viamque perveniendi ad exoptatissimam beatitudinem ostendere, ad haec, quoad ejus fieri poterit, conatus amulandi excitandus; hac autem forma, etsi omnibus maxime autem Praelatis competat.* Et si Praelatus jejundet, cilicio carnes affligat, & tamen debito suo muneri non satisfacit nec sibi madata Apostolica exequitur, veram poenitentiam veroque animo non agit.

Sed quomodo huic Episcopo dicitur, ut menteteneat, seu advertat, qualiter acceperit munus suum cum exemplo Apostolorum qualiter audierit, à suis praepositoribus, & qualiter debeat servare, & quia in his omnibus defecit, dicitur *Sylvestra in Apocalypsim. Tom. I.*

ei poenitentiam age; de qua rectè ait D. Aug. de vera, & falsa poenitentia: *In hoc omne bonum invenitur, per hanc omne bonum conservatur.* Quomodo ergo haec ei praecipuntur, cum ipse haberet bona opera ac splendida in conspectu populi, & inde nomen bonum, quod est super divitias multum; nomen habes, quod vivas, ut dicitur vers. 1.

Rectè responder Ambros. Ansbert. *Serva, qualiter accepisti, & nomen pravae intentionis a succrescere corporis actione lamentorum fletibus dilue.* Nam etsi aliqua opera ejus viderentur bona, non tamen fiebant ab eo bona & recta intentione, sed ex hypocriti ac vanitate, & perdit. ideo dicitur quod opera ejus non essent plena coram Deo, ab animi intentione opera splendunt ac sordent coram Deo.

Dicitur Gen. 8. n. 20. *Edificavit Noë altare Domino tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis oblutit holocausta super altare, odoratusque est Dominus odore suavitatis.* Ex carnibus cœterematis dicitur ille odore emanasse, qui Deo fragrantissimus, & suavissimus erat. Isai. tamen c. 1. n. 13. ait Dominus populo suo: *Ne offeratis ultra sacrificium fœtorem: insensum abominatio est mihi.* Chrys. leg. t. *Thymiana in abominationem mihi est.* Expende modò, thymiana fit Deo abominatio, & semicremata caro, quae alias non est boni odoris, fit suavissima Deo fragrantia: unde haec diversitas tam notanda, nisi ex offerentium animo, qui solus vel inquinat, & deturpat hominem, vel suavitat Noë oblutit sacrificium mundo, ac puro corde Deo, Judaei verò impuro, & maedano sibi persuadentes ob illa sacrificia, eis omnia mala esse licita, ut exponit Theod. Rupert. & commentatores. Sacrificium Deo oblatum pura, & bona intentione Deo jucundum, & suave, exhibitum verò sinistra, & mala mente, Deo odiosum & abominabile D. Chrys. hom. 27. in Gen. *Animus offerentis, ait, & odorem, & omne quod inde nascitur, in suavitatem multa fragrantia implevit.* Et paulò post, *Iusti viri sumum, & odorem fecit odorem fragrantia, sic apud illos offerentium nequitia benevolens Thymiana in abominationem convertit.*

Manet Isai. 5. n. 2. *Solve vincula colli tui captivam filia Sion.* In virginis collo non vincula, sed monilia aptantur. Sc sponsa suae ait Dominus, *Collum tuum sicut monilia.* Cant. 1. n. 9. In filia Sion vincula ejus deturpant puritatem, in Dei sponsa mille addunt decori gratias, unde tanta differeant? Quae ornamenta erant, sunt turpia vincula facta filiae Sion, in ea multa erant, quae ad decorem inserviebant, ut templi ministratio, Dei cultus ac veneratio, sacrificiaque Deo oblata, & tamen hoc vinculum, seu jugum legis erat filiae Sion in turpitudinem, ac signa captivitatis, cum sponsa essent ut monilia ad eximium ornatum, & decorem. Illa persolvebat filia Sion mala, vanitas, ac sinistra mente ob proprias commoditates, sponsa verò pro corde, ac recta mente ob Dei honorem: inde ille jugum legis erat in sordem, ac materiam servitutis, ac c. privitatis huic verò in splendorem, ac multam sublimitatem. Philippus Abbas Cant. 7. *A collo Philip. 1. n. 10. ait, non aurum rutilat, non monile, sed illud deturpavit mens corrupta, carnis astus, desiderium juvenile, solve quæso vincula, ut quod sordet incensasse turpitudinis prosternatur, tergatur.*

Sylvestra in Apocalypsim. Tom. I.

S 2 forsi